NALE
NZE
39

NALE
ENZE
00 - 10-939

Digitized by Google

LIV

Bagliotto

Digitized by Google

Digitized by Google

DIVIS CHRISTI MARTYRIBVS

IVLIO ET CAMILLO DE NAZARIIS,

Quos Brixia inter ſtrenuos Fidei, atque Euangelij tutores ad mortem vſque inuictos ſuſpexit olim, & nunc ritu colit, quo decet Sanctos.

IDYLLIVM.

Quod Tobias Luua Tornienſis

ILLVSTRISSIMO D. MARCHIONI

IOSEPH ANTONIO DE NAZARIIS

Ex nobilibus Ciuitatis Nouariæ Decurionibus inſcribit.

Impreſſio ſecunda auctior, & caſtigatior.

MEDIOLANI, M.DCCI.

Typographia Caroli Ioſephi Quinti. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

3. 5. 244

Digitized by Google

ILLVSTRISSIME D.

QVòd iamdudum Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Patruo tuo Ferranti Idyllium obtuleram, nunc ecce rurſum tibi ſiſto; nec vt noui quid adducere præſumam, ſed vt auctum quibuſdam additionibus, & attentiori fortè ſtudio reconcinnatum tibi reſtituam hoc ſingulare familiæ tuæ decus. Equidem hoc penè raptim conſarcinatum, breui expedieram, vt haberem quid obſeruantiæ meæ, quod pro tempore offerrem meritiſſimo viro, & Domino meo amiciſſimo, cum de Præfectura in Riparia S. Iulij, tanto cum bonorum plauſu regrederetur ad ſuos; verum & habui ſatis: vnde accuſarem præcipitem feſtinantiam. Multa deſideranda reliqueram, alia exundarunt, quæ egomet præpropero intentus calamo, obſeruare non poteram. Viderunt amici, & peramanter monuerunt, nonnulla, quæ ſyntomia penè vitioſa, vix delibaueram: vtraquamquod amaſſent videre argumentum ex hiſtoria, quæ eſt baſis ſtructuræ; deindè & ſyntagma operis, quod lucem afferret epiſodio. Cenſuram æqui, boniquè conſului, & vt ſynceram beneuolentiæ teſſeram lubens excepi. Adorſus emendationem, fidenter monſtraui, & laudarunt; tùm importunis ſuaſionibus vrgere, vt recuſam proferrem in lucem nouam. Improbaui omnimodè huiuſcemodi inſtigationes,

ſed conſtans mea auerſatio locum fecit violentiæ. Raptum de manibus authographum, iam non fuit amplius in mea poteſtate redimere vel precibus, vel lamentis. Quod vix impetrare potui hoc vnum fuit, vt ſi fortè prodiret, ſaltem nuncupatoriam adijcerem, qua tibi redderetur quod tuum eſt; nec inuiderent gloriam familiæ, & tuam, & fratris, quà demum ducit Idyllium. Nè propterea credas Domine mi amantiſſime, quod vel minimam gloriolam mihi auſim promittere de hac crambe recocta, vt fert adagium. Abſit penitùs, vt qui ſatis mihi conſcius ſum de tenuitate mea. Licet aliqualiter & mihi vſurpare poſſim Virgilianum illud

Et me fecere Poetam
Pierides — ſunt & mihi carmina. Vatem
Dicunt Paſtores; ſed non ego credulus illis.

Non idcircò aliquid tui dignum me feciſſe arbitror, quo mihi adblandiar. Hoc tantummodo præſtat, quod noua attentione perluſtratum (& meliori fortaſſe cura expoliendum, ſi id beneuola amicorum importunitas, & ſollicitudo ceſſiſſent) Idyllium teſtetur tibi, quam ſit

Illuſtriſſimæ Dominationis tuæ

Addictiſſimus

Anagr. Tobias Luua Tornienſis.
Baliotus Nouarienſis.

AR-

ARGVMENTVM.

FErocienti in Chriſtianos Imperatorum Gentilium tyrannidi, optimè, & admiraculum reſpondebat Sanctorum conſtantia; vſque ad ſtuporem, quin & confuſionem ipſiuſmet crudelitatis: donec laſſata in lanienis, intrepidis demùm cedere viſa eſt; ferrum ſuſtinuit, & vexationes abſterruit. Pax inquam Eccleſiæ data erat. Brixiæ ſolummodò exaſperata multò magis perfidia, vltrò incrudeſcebat; ex eo ſcilicet, quod Sanctorum Fauſtini, & Iouitæ ſolemne martyrium, ſteterat improbis pro ſuperbo impietatis triumpho, vt qui ex primoribus eſſent inter Patritios, inſanæ ferociæ litatos. Adeòut qui ſupererant pertinaciores antagoniſtæ, typho crudeli elati, atrociora in dies molirentur; eo petulantiæ deuenti, vt liberiori inſolentia in Chriſtifideles, & loca ſacra, quà contumelijs, quà cladibus, & incendijs audaciùs irrumperent. Factum quod neceſſitas conſuleret ipſimet manſuetudini, & patientiæ vbi perurgeat zelus. Iſti non ſegniori animo, ſed & fidentiori ardore, armis exertis inſurrexere, defenſioni primùm inſiſtentes, dein & in vltionem peſſundatæ Religionis efferueſcentes. Bellum atrox peractum, & implacabile; vbi pluries promiſcua hinc indè ſorte pugnatum. Non defuerunt Infidelibus ſuppetiæ ex quiſquilijs anteurbanis vndique collatis: verùm, & retundendæ temeritati, non pauci Euangelicæ Fidei zelatores vltrobique adfuerunt. Plurimi ex nobilioribus Dynaſtis, cœleſti ſpiritu afflati, diuerſis è ciuitatibus confluxere, ad perfidiam omni quo poterant ſtudio, & contentione auerruncandam; quorum nonnulli & pietate, & merito præſtantiores, qui in ſacro hoc bello ſtrenuè dimicantes fortiter

oppetiere, in veneratione habiti ſunt & cultu Sanctorum. Horum ſacra lypſana adhuc in Eccleſia Sanctæ Afræ honorificè condita excoluntur. Proſtant dyptica, quibus Sanctorum Heroum nomina ſingillatim recenſentur: inter quæ SS. Iulij, & Camilli de Nazarijs, quibus & præſens Idyllium ſpecificè inſcriptum. Et quidem ſimul indiſtinctè enuntiantur (præ alijs, etiamſi fuerint eiuſdem agnationis) vt indè germanos fuiſſe euidentiùs intelligamus.

Hæc quoad hiſtoriam prout conſtat; quoad verò Poematis ſeriem & ſtructuram, argumentum planè hoc eſt. Denuntiatur primo Sanctorum fratrum Patria, Nouaria ſcilicet; vbi de huiuſce Ciuitatis notitia aliquid vltrò infertur. Deindè nobilis ardor Fidei, qui in corde æſtuabat: quapropter martyrij deſiderio flagrantes dicimus, vt qui pro tuenda ſacroſanctæ Religionis dignitate, caput generosè deuouerunt. Brixiam ad hoc opus euocantur, exſtimulantur, impelluntur, iubenti propiùs quam ſuadenti ipſiuſmet Religionis alloquio. Itum quò erant emandati; vbi conciues alij occurrunt qui præuenerant ad pium hoc miniſterium. Tres præſertim ex Bruſatorum gente (Illuſtriſſima hucuſque apud Nouarienſes) Valentinum videlicet, ac Theobaldum, & Valerianum. Cum his & Achillem Aduocatum inducimus, Nazarijs adplaudentem, & gratulantem, licet de Bergamo nuncupatum reperiamus. Verùm cùm huiuſcemodi familia Nouariæ quoque vigeat, & peculiari ſuo ſplendore innoteſcat inter Primates, hunc idipſum euocamus, quantùm ad rem noſtram facit, nempè vt Nazariorum gentilitio ſtemmati adludant eorundem Aduocatorum inſignia, planè conſimilia. Ceruſcum quoque Baliotum habemus, etſi in aliquibus exemplaribus Banotum legamus: mendosè fortaſſè meo iudicio. Amanuenſium excurſus is fuerit, an typographorum incuria, nihil immorandum, cum certo certiùs in eo quod apud me eſt, ſicut & in alijs quæ viderim, Baliotum expreſſiùs habeam, quàm dubitare ſinat.

Cum

Cum his igitur pugnatum acriter, æquè ac glorioſè, & fœliciter; fuſis aduerſariorum copijs, & malè mulctatis. Inibi Nazarios heroas, ſinè duce, & penè abſque ordine dimicantes edixiſſe videmur, aſt non propterea vt quaſi inſubidè, vel irregulariter ferocientes arbitreris, ſed vt omninò voluntarios, nec vllæ adſcriptos legioni, veluti ſtipendiarios, intelligas. Quod idipſum, & in eorum abnepotibus factum vidimus, qui noſtris hiſce diebus, apud Viennam, Cæſareis copijs adiuncti, eodem zelo perciti, & vnico diuinæ charitatis ſtipendio adducti, Religioni, & Leopoldo Imperatori deſudarunt indefeſſi. Hoc ſignanter monendum venerat, quia hùc demum collimat ſumma Idyllij intentio. Cæterum ſi in recitanda Sanctorum hiſtoria quid videris irrepſiſſe à poeticis figmentis mutuatum, nè dedignere prudens Lector. Poetis hoc facilè condonandum, qui nihil benè peractum inſcriptis ſuis autumant, niſi poetica phraſi, & elocutione, prò ſuæ artis venuſtate id faciant; tanquam vernaculo, & proprio idiomate vtantur. Quapropter cum ad expreſſionem inſignis cladis, & internecionis quæ fuerat, Charontem de cymba ſua ad exceſſum prægrauata muſſitantem audies, & indignantem, chriſtianò calamo id exaratum ſcias, quo ethnicis cantionibus feſtiuè illudat in ſuorum excidio.

Peracta victoria Angeli inducuntur Nazarijs victoribus gratulantes, qui ſimul moneant de exaſperata, & vſque ad rabiem efferata inimicorum contumacia, vndè atrociora parant, tentaturi nouo armorum, & indomitæ feritatis diſcrimine, extremam ſortem deſperationis. Mirùm quanta ferocia digladiatum hinc indè, & quantum animi incrementum Sanctis additum ex promiſſa impendenti corona; quò denique alacriter dimicantes, intrepidi mortem oppetiere. Deſcribitur ipſorum Beatorum Spirituum morientibus adſtantium obſequium, tùm cœlo euectis triumphatoribus, plauſus feſtiuus. Hinc deuentum ad eorum poſteros, imitatores planè, qui eodem zelo conciti, ſpiritu ducti, & exem-

plo concitati, quò tèmpore Viennam Turcarum immenſa colluuies, ſub duce Muſtapho acerrimè diuexabat, eò conuolarunt, nobile experimentum daturi pietatis, ac virtutis, Marchio videlicet Ioſeph Antonius, & eius frater Antonius Franciſcus, Octauio eorum Patruo præeunte. Aſt cum Octauius importuna febri correptus decumberet, ipſi propterea nihil demorati, ardentiori animo ad metam condictam perrexerunt, omnibus militiæ functionibus exerciti, quantum res exigebat. Donec Ioſeph Antonio Marchione ad domeſtica reuocato, alter armorum gloria illectus perſtitit conſtans: ſtrenuus vſque ad ſtuporem, tàm in agendo, quàm in perferendo ardua quæque proferret occaſio. Mirantibus omnibus tantum animi, & roboris in iuuenculo, quem alioqui inexpertum, & immaturum penitùs deprædicarent ætas, & præſentia impuberes. Teſtis oculatus inter cæteros Dux Bauarus, cui ſignanter in Belgradenſi expugnatione ad latus ſemper adſtitit, & præ oculis fuit eximius labor, & animi præſtantia. Oſtupuit primò in adoleſcente bellatore tantum virtutis, & dexteritatis, quantum pauci expectarent in viro emerito; deindè amauit impenſiùs, vt qui maximam de ſe in talibus proludijs ſpem inijceret. Animauit ad militiam, promouit ad militaria; vndè excreſcens in dies cum laude, & honoribus, animus quoque, & vigor, inter commilitones, & Dynaſtas celebris effectus, iam ex primæuo iuuentutis flore, maturum ſe tùm ad armorum munia, tùm etiam ad dignitates optimè exhibuit. Hos ergo inter plauſus, maiora ſemper victoriarum, & gloriæ incrementa auſpicando, claudit auctor Idyllium ſuum.

DIVIS CHRISTI MARTYRIBVS

IVLIO ET CAMILLO DE NAZARIIS.

IDYLLIVM.

Ergò ego, qui tacitis expertus ducere curis
Otia, quem ſacris cœleſtis gymnas arenis
Exercet; quem diua ſuis Sapientia regnis
Inſontem ſpatiare docet; mox Aonis arua
Conſultò repetam; dextramque animumque rebellem
Myſta ſacer ſacris, iam nunc in Apollinis artes
Induam? Inaſſueto Muſarum ſerpere cliuo
Ediſcam, mentem cui ſacra Pronœa laceſſit?
Ite ò, quas fontes Aganippidos Hippocrenes
Dira Meduſæi portenta tenere caballi
Iam ſatis edidici: procul indè faceſſite cunctæ
Pierides, quas vana iuuant miracula: noſtrum
Caſtus amor iam pectus agit, veſtroſque perodi
Ritè iocos; noſtro procul hinc ſecedite campo,
Quà melior ſe pompa vehit: Nazaria pubes
Vrget opus. Diuum mihi nunc Helicona Camœnæ
Pandite, ſi quis amor, recti ſi gratia tangit.
Enthea plectra, diù lætos nolentia cantus
Exercete iterùm: noſtras ſique humidus aër
Laxarit forſan cytharas, vel ſera vetuſtas
Fregerit antiquas vnà cum pectine chordas
Inſtaurate iterùm: mihi grandia dicere fas eſt.
Noſtra tuas referant palmas Nazaria proles
Carmina: quæ terris cœloque decora refulges.
Vos quoque conſpicuæ celeberrima gloria gentis

Syde-

Syderei proceres, queis IVLIVS, atque CAMILLVS
Sacrum nomen ineſt, facili date carmine Vati
Dulciſona reſonare lyra, quos nempè tuliſtis
Inſignes veſtra cum poſteritate triumphos.
Auſonios inter ſurgit pulcherrima campos
Vrbs præclara ſitu. Bellona hic caſtra reponit:
Vndiquè ſublimi ſtellis minitantia fronte
Mœnia conſurgunt: gradiua decempeda finxit.
Latronum terror pauidos cum fulminat hoſtes,
Sulphure fœta nigro vt centum tonuere metalla,
Funera quæ piceo, tetroque ex ſemine in aluo
Concepere, igni ſuccenſa è gutture aheno
Eructant; & quæ tacito priùs ore vorarant
Ferrea terrifico diſplodunt fulmina bombo.
Excipiunt pluuios ignes arua omnia circùm
Flammarumque immixta globis cadit aere grando
Plumbea, qua paſſim conſperſa noualia inhorrent.
Tùm fragor & ſtrepitus, quaſi totus ſi ruat orbis
In præceps; vel laſſa comas ceu pondere preſſa
Diſrupta compage fremens, tremituque minaci
Excutiat tellus; ſubitoque dehiſcat hiatu,
Excidium ferale ſimul, tumulumque datura.
Reſponſat Cybeles valido concuſſa tonitru,
Turrigerum caput intorquet tremefacta; iugales
Subſiſtunt quaſſantque iubas, rugiuntque leones,
Immugitque æther. Tali tonat impete turbo
Cum ferit irritata ſuos vrbs eminùs hoſtes,
Oreque flammiuomo inſultat, percellit, & arcet.
Inſolito reboare metu Iouis aula tonantis
Creditur; aut alia Mauortem haud ſede morari
Impacatus vbi æternas exerceat iras
Confeſſus mundo extremas inſtare ruinas.
Et tamen hic Muſæ hic Charites, hic ridet Apollo
Hic Pietas, hic Sancta Fides, & amœnà venuſtas

Pal-

Pallas in officijs hic eſt ad vtrumque parata.
Hic Cereris pretioſa ſeges, Pomonaque Floræ
Iungitur, & parili ſibi dant in fœdere dextras;
Exultatque ſuos audire hic Baccus honores;
Cum ridet bibulo vindemia multa colono,
Strident compreſſis queruloſa trapeta racemis
Et ſuffulta mero libant carcheſia Bacco,
Muſarumque graui ſpumant cratera lyco.
Gratia ſique, alia in terris, ſi gloria Genti
Siue decus, ſi fama poteſt, virtutis, honoriſque
Vna tenet quæ alios faciant diuiſa beatos.
Herculea de ſtirpe vetuſta exordia ducit,
Auctoris quin illa ſui non viribus impar
Clariùs excreuit, proauorum illuſtris imago,
Heroumque parens, celebres, quos extulit orbi
Fama frequens: & huic illuſtre NOVARIA *nomen*
Proſtat; ut hæc nouies dicta eſt gratiſſima cœlo.
Fœlix flore virùm, multo numeroſaque ciue;
Summorum genitrix Diuum, queis aſtra beantur.
IVLIVS *hos inter præſtat, cum fratre* CAMILLO,
Quos eadem ipſa Fides germanos fortè ſacrarat,
Vt nexu natura vno coniunxit eodem:
Et tantos genuiſſe viros, terraque poloque
Illuſtres, fœlix prægaudet Patria, nec me
Nobile par fratrum referentem ingrata repellet.
His amor vnus erat, per vulnera mille, per enſes
Quærere formoſam Chriſti pro nomine mortem.
Siuè quis Actiaca fertur cecidiſſe ſub haſta,
Actiacæ vellent dare candida colla ſecuri.
Siue alius Lybico narretur in æquore merſus,
In Lybica mallent immaniter æquore mergi.
Sed quid agant? vellent pro munere funus habere;
Non tamen apparet ſacræ ſpes vlla corollæ.
Tempora pacis erant mitiſſima: nullus in vrbe

Traia-

Traianus, Decij nulli, nullique Nerones.
Sola cruori fluo deferuet Brixia bello.
Bellum ingens, horrendum, atrox, ferale, Deorum
Vana ſuperſtitio, cæcuſque inuexerat error.
Vix noua Chriſtiadum proles, ſummique Parentis
Progenies, delapſa polo, terriſque locata
Hauſerat humanas cœleſti è ſemine luces
Pupula delitiæ Matris; necdum vbere pulſa,
Senſit Auerna ſibi immortalia bella parari.
Heù tantæ ſoboli quæ fauſta crepundia! Cunas
Inter, & offuſis, proh quantum luxit ocellis!
Vidit ab arcano propiora pericula cœlo
Tunc operum effectrix Sapientia. Luce refulſit,
Qua nunquam meliùs; quin & miſerata ſuorum,
Perfundenſque graui conſpergine vultus honores,
Sit fraudum ſatis (intonat) & terroris abundè eſt.
Ite agite ò pubes, queis ad præſepia Betlem
In chely pacifico ludentibus, aera luce
Effulſere nouà. Nox intempeſta tenebras
Pellere tùm didicit trepidas: exordia vitæ
Sic celebrare fuit. Vos hinc date fœdera pacis
Ferte voluptatum nimbos, compeſcite noctem
Splendidiore die: pereat metus, exultet horror:
Diffugiant Erebi ciues, pater ipſe malorum
Anteuolet, ſecumque inamabile deuehat agmen
Ad triſtes thalamos, vbi regna domeſtica luctus,
Et conſanguineæ poſuere cubilia peſtes.
Ite procul ſtygiæ peſtes, damnataque luctu
Agmina perpetuo, ſontemque repoſcite noctem
Indecores Genij, ſoboles inimica diei:
Cedite, ſic iubeo, ſcelerum contagia. Vos ò
Sydereæ comites, cœli quæ ducitis auram,
O agite, & ſimili ſobolem hanc ſtipate corollà.
Tuque adeò antè alias, nitidis Pax aurea pennis

I celer, æthereaſque relinque volubilis alpes;
Quandoquidem primas venientem in luminis auras,
Olim excepiſti, memini. Tu prima tuliſti
Olli primæuas inter bellaria faſces.
O age ſiſte redux ſuperis è ſedibus orbi.
Mater, ſeù nutrix virtutum aſſueſce vocari
Cunctorum dicto: i votis laſſata precantum
Ad proprios deuecta lares, patrioſque Penates,
Vndè truces nimiùm pepulere Tyrannidis aſtus;
Priſtina regna reduc; nam te dominante vocata
Virtutum reditura phalanx, Pietaſquè, Fideſquè,
Fulgebunt proprio radiantia lumina fulcro;
I, iube primæuo ferrum miteſcere in auro.
Et tamen, heu! tantis nondum furialis Enyo
Exſaturata malis; ſemper peiora ſecuta eſt.
Non ſatis eſt iræ nondum ſatis vſque malorum.
Quin mage ferali aggreditur torquere flagello,
Intrepido cecidiſſe videt quà pectore vulnus.
Brixia mœſta! tuis ſubreptus Barnabas oris,
Vel magis Anathalon, per quos te lympha ſacrauit;
Vel fauſtum cui nomen ineſt, aut larga iuuandi
Copia dat nomen vitæ, dicuntque Iouitam,
(Quos inter Proceres vrbanos ipſa recenſes
Fortunata tuos tùm ciues, tùm magè patres)
Proh, quales videre hinc exundare tumultus!
Scilicet hùc etiam caput implacabile condit
Feralis furia, extremum confeſſa laborem,
Nè quid inexpertum linquat, quibus illa veretur
Extingui vt poſſit Pax, intemerata Fideſque.
Sanguineas acuens diris latratibus iras,
Conaturque venenatas inſpergere flammas,
Inſidijs parcens nullis, ſtimuliſque cruentis
Exagitare iuuat Sanctos, quos perdere mens eſt.
Erupiſſe putes tetro de limine cunctas

Infer.

Infernas Erebi peſtes, quaſcumque Megera
Infami genuit partu, diſcordia, liuor,
Et furor, & rabies, cœcaque audacia fronte,
Et curæ, luctuſque, & plurima mortis imago.
Tunc ſcelerum facies, & inexorabile vulgus
Eumenidum, trepidique metus, vmbræque ſilentum,
Tartareæque acies, & nomina mille malorum,
Vna ipſaque ſatus vitiorum exercitus aluo,
Virtutum ſobolem, crudeles linquere terras,
Et patrias iterùm remeare coegit ad oras
Exilio immerito pulſam. Cum tempora nactus
Apta dolo, fraudis mala tentamenta futuræ
Inuidus aggreditur Genius, cui mille nocendi
Nomina, mille artes; ecquas non extudit artes
Pectore ſanguineo? Quas non ferus arſit in iras,
Vt Chriſtum perdat? Sed nil tentaſſe iuuabit.
Quot mala, quot clades! Heu quiſnam turbidus horror,
Dicite ſyderei Patres, queis Brixia curæ eſt!
Vos vidiſtis enim, vos hæc ſpectacula tangunt.
Dicite, ſi quis amor; celſa hic præconia famæ
Nunc meminiſſe iuuat, cum ſe ſe conſcia veri
Defendit generoſa Fides; vim vique retundit,
In grandes animos creſcens fiducia natis.
Fœda profanatis viduare altaria ſacris,
Impia ſeù certat detrudere Numina templis,
Perfidiæ conſtans populatrix, iugiter omni
Cogit ab vrbe minax portenta faceſcere quæque
Vana ſuperſtitio, vel mentis perfidus error
Fudit abortiuo terrarum ad lumina fœtu.
Non tot ab arboribus Boreali frigore frondes,
Vel quas depaſtus populator abegerit Eurus,
Excuſſas recipit tellus, quot cæſa mucrone
Corpora campus habet: natare in ſanguine cernas
Tabida membra virum, traiecta aut trunca ſupinant,

Vel

Vel ſparſim conciſa fluunt, ceù flumine vecta.
Hei mihi quid referam! Nec tot miſerata ruinas
Dat finem Bellona iræ, laxatque flagellum,
Peiores bellantum animis, quin concitat æſtus
Incerti quæſita diù victoria Martis.
Gens inimica Deo licet hinc Acherontis ad vndas
Et ſtygias numeroſa phalanx deuecta paludes
Infinita ruat, feſſoque ſit oſa Charonti,
Bellat adhuc, nondumque manu perterrita forti
Icta fremit, nec victa tamen, minitanſque laceſſit
Victores ad bella diù. Cui tanta poteſtas
Chriſtiadæ, veſtris hoſtem ſeu pellere regnis,
Siuè triumphali calcare cadauera planta?
Audijt è cœli ſecreto cardine luctus
Relligio, ſummi collactea facta Tonantis
Cum Patris è gremio geniture in viſcera Matris,
Dulcis amor vtriuſque, hominum ſe carne reuinxit;
Sicque pari donata loco eſt; cœloque locata
Effulget ſummo, choraliſtria facta ſuorum.
Vidit tartareis quæ excita paludibus aura
Dira ſuos exterret, inardeſcitque videndo
Et furiæ tædas, & proxima damna ſuorum;
Infremit, & factis ingentibus omina firmat.
Diuiduis rutilare viden iam ſydera ſulcis,
Ilicet, & valuis bipatentibus aera findi,
Neſcio quid magnum retegens argentea nubes,
Herculeam meditans operoſa volatibus vrbem;
Mox ſubit excelſam quà ſtat Nazaria pubes
Improuiſa domum; quà corpora merſa quieti
Dant oculis ſomnos, & grandia facta patantes
Multa animo verſant. Viden vt via candida lucis
Æſtuat, & ſecto lacteſcunt ſydera cœlo?
Hùc iter eſt: medijs ſe ſe penetralibus infert.
Aſt gremium vt radijs graue diffidit, emicat ingens

Sciſſa

Sciſſa è nube dies, & luminis aureus imber.
Verùm vbi ſydereos lux circumfuſa repandit,
Hinc, atque hinc radios, & aperta per aera purgat
In medium ſe Diua vrget conclaue repoſtum;
Plurima cui teneram tranquillat gratia frontem,
Qualis dulce rubet radijs roſa matutinis.
Hic patet aſpectu, inceſſu grauis: emicat olli
Multus in ore Deus, redolens in mente Parentem.
Oh qui ſcintillant oculi, duo ſydera! Quantum
Frons habet Imperij! Species, vultuſque decori,
Aſpice quale decus; quantum facieſue ſerenæ
Maieſtatis habet, ſe ſeque nitentior ardet.
Qui labris afflatur honos! quæ pugna colorum,
Aut potiùs quam certa animat concordia frontem!
Dixeris haud alia cœleſtem degere vitam
Sede pudicitiam, ſuperis cum labitur oris.
Gemmeus ex oculis lepor, eſtque ori aurea fandi
Gratia, cum iuuenes ſic eſt affata tuentes.
Saluete ò generis iuſtiſſima gloria noſtri
Quos mihi in humanas venientes luminis auras
Millibus e multis colui, proprioſque dicaui.
Vos genus heroum, genus inſuperabile bello,
Herculei iuuenes, IVLI, fortiſque CAMILLE,
Vos hæc bella manent: veſtrum quæ pallida ab alto
Vertice funeſtos miratur Brixia campos,
Auxilium expoſcit. Rauco reſonantia cantu
Tympana in arma cient: veſtram Nazaria proles
Vim nimium vexata Fides, veſtra arma repoſcit.
Indue magnanimum ſanguis meus, indue pectus.
Macte animis; te dura manent; tu te indole dignam
Finge tua, proauum non vltima gloria, pubes.
Non te pigra quies, nec deſidis otia vitæ
Crede iuuant; duras labor impendendus in artes.
Ite alacres; veſtrum pulcherrima gloria nomen

Extollet: me tangit honos, & gloria Diuum,
Vos quoque tangat idem perculſi Numinis œſtrum.
En dudum quæſita dies ſe ſe obtulit; ite;
Talia ſint veſtris documenta nepotibus; ite.
A noſtris tantam regnis auertite peſtem.
Nec mora: continuò iungunt in fœdera dextras
Germani Proceres; perniciter exiluere,
Vis quibus eſt eadem, paribus quoque percita virtus
Exagitat ſtimulis. Auroque & diuite luxu
Vndique collucent: excandens pectus in arma
Expediunt, galeaſque comis rutilantibus aptant.
Sed quid ego hic moror? Implacabilis ardet vterque;
Nil niſi bella volunt: æquè ſimul ambo fremebant
Arma parari, & equos, totis vt viribus iſtam
Excutiant peſtem. Pietatis feruida vindex
Coniurata phalanx animis inuicta laboreque
Auſibus eximijs pollens, & viribus æquis
Arripuere viam: quà Brixia tenditur armis
Veſtigant; properantque gradus in prælia anheli.
Multa mouent animis, ſed non retinere poteſtas
Vlla fuit, licet hinc varijs ambagibus acti.
Non ità pendentem Boreas agit æthere nubem,
Æquor & vndoſum tanto ſecat impete puppis
Cum Notus incubuit; quanto volat ocyor Euro
Hæc fratrum concita manus per iniqua viarum.
Iamque propinquabant quà Brixia vertice ab alto
Deſpicit apricos colles, campoſque feraces.
Circumfuſa patent latis tentoria caſtris
Et protenta oculis, quantum comprendere fas eſt,
Chriſtiadum quà ſtricta phalanx adlecta iuuentus,
Audentes Chriſti pugiles, ſub ſigna vocati
Ritèque diſpoſiti ſubſiſtunt ordine certo
Quiſque ſuo, opperiens hoſtem, temeraria bella
Sicubi is excierit. Volitant vexilla per auras,

Teſſera queis belli proſtat Crux aurea, fulgens
Hinc, atque hinc radijs pulcherrima, Sole nitentior,
Quam procul agnoſcunt, læti, flenteſque ſalutant.
Quin & Crux eadem, medio ſub pectore pendet
Cuilibet ex illis, quos huc ſors optima vexit
Ad ſacra bella viros; chlamydique inſuta niteſcit
Candida, quæ octono minitatur cuſpide circùm.
Hos inter medios Heroas fortè vidiſſe
Iamdudum caros, veteres, quos inter amicos
In Patria quondam numerarant (vix ſibi credunt
Aut oculis, ſed viſa putant ludibria ſomni)
Lætitiæ pars magna fuit. Tum mutua collo
Brachia diſpenſant, teneriſque amplexibus hærent.
Vox erat in vultu, nam quidquid promere lingua
Conatur, vel fauce premit, vel pectore in imo
Condit amor, vetat vſque loqui improuiſa voluptas,
Nec fandi locus eſt; tanto impete gaudia oborta.
Hi ſunt quos eadem tranſuexit gloria, vt vnò
Stipite progeniti, BRVSATO ſanguine creti.
Hæc domus Herculeæ celeberrima gloria gentis,
Illuſtrem ſeu pace velis, ſeu dicere bello,
Romuleis nuſquam Fabijs ceſſura, nec vlli
Scipiadum generi: cui laus ſupereffluit abs te
VALENTINE decus ſtirpis, qui nomen Auorum
Laudibus exæquas proprijs, & fortia geſta
Non ceſſant feruere animo, ſtimuloſque ſubire.
Quemve THEOBALDVS, bellorum inſignis honore
Inſequitur. Gentilitio par ſtemmate clarum
Quos & auita ſenum generoſo perculit æſtro
Virtus; & hinc Pietas mauortia duxit in arua.
VALERIANVS item, de germine ſumptus eodem
Additur; vt trino condicta eſt laurea nexu.
Quo ſitis celſo prognati ſanguine, qualis
Spiritus & veſtris feruescat cordibus, hoſtis

Sentiet, ardenti viderit cùm Marte calentes
Et BRVSATORVM mox noverit arma vereri.
His armis paribus, parilique incenſus amore
Fit comes à priſco retinens pronomen ACHILLE,
ADVOCATORVMque ſatus de gente. Nec ipſe
Carminibus noſtris æquè illaudatus abibis
Magne heros, cui ſancta Fides, pietaſque Parentum
Succenſere parem bilem cum ſanguine eodem,
Sollicitantque animos, & pectora turbine verſant.
Ianthina circumquaque paludamenta decorant;
Albeſcit thoraca ſuper fulgentibus armis,
Argenti quantum poſſit candeſcere pondus;
Vel potiùs quantum cornu nec Cynthia pleno
Turgeſcit, ſplendetque polo ſpecioſa ſereno,
Atque intermixtis micat indè coloribus æther.
Ijs ſimiles agitat criſtas argentea caſſis,
Atque eadem clypeo proſtant inſignia honoris,
Trina vbi cæruleum ſulcat via lactea cœlum
Tota at magnanimo latitat ſub pectore candens
Nobilitas; quantumque capit ſapientia cordi,
Quantum conſilij, quantum virtutis inhæret,
Totum pro Superis nitido candore vireſcat.
Is ſenſus fuerat, quem ſymbola auita ferebant
Ipſeque ſe patrijs dignum haud minùs efferet armis.
Stant Nazariadæ attoniti, & toto ore ſequaci
Verſicoloratam proſpectant ſyrmate pompam.
Agnoſcunt, laudantque ſimul myſteria; at vna
Amplior inceſſit de auguſto vmbone cupido.
Talis, quæ nulla iam non placabilis arte,
Concutit impatiens animos, cogitque nolentes
Audaces fieri in precibus, donoque repoſcunt;
Vt qui magna ſibi deſpondent omine tanto.
Annuit, aſſenſitque libens; dein plurima fatus
Admonuit quantum pondus victoriæ ab illo

Adſtiterit; quantumque hoc viſo protinùs hoſtes
Expauerint: & multa dehinc ſubtexere, quæ nunc
Haud memorare vacat; queis mox nouus additus ardor,
Atque animus. Nec eos vnquam ſpes vana fefellit,
Vt ſi deciduum cœlo Mars ipſe tuliſſet
Ancile (inuentum priſcis ſolemne Poetis
Et ſtetit antiquo vt victoria certa Quiriti)
Hiſtoriæ hæc ſeries, qua gens Nazaria tali
Eblandita ſibi ſcuto, & non omine inani
Seruarit ſeris per ſæcula longa nepotibus.
Excita continuò fama eſt per caſtra, ſodales
Aduentaſſe nouos, quos alma Nouaria mittat
Audituſque rumor celſa in ſtatione CERVSCHI,
Quà medios inter proceres quamplurima ſecum
Verſabant: nec de belli ratione, modoque
Vnus erat ſenſus, nec par ſententia; num ſi
Ingenio, vel Marte palàm concurrere præſtet.
Pars animis confiſa ſuis decernere pugnam
Mauult, in campo Martemque laceſſere aperto.
Quæ fuerit ſors cumque, vacat ſpem ponere in armis,
Niſibus & proprijs: quidquid fortuna datura eſt
Siuè mori dabitur, manet vltrò gloria & ingens
Laus erit impauidos tempſiſſe pericula pro re.
Sit vindex fraudum virtus; nec ſi ruat orbis,
Vel concitatas ſimul omnes euomat Orcus
Ex adytis furias, viduataque tartara monſtris
Conſpirent; Fidei nunc fas ſit iura tueri.
Eia agedùm, res ipſa vacat, tempuſque, locuſque,
Diſcant quid ferro, quid ſit concurrere fraude.
Altera pars contrà, nimiùm ſibi cauta, cauendum
Imparibus certare armis, & viribus obſtat.
Immenſas acies, geminaſque hinc indè cateruas
Oſtentare manu; furiarum exercitus atrox,
Quas domuiſſe vnquam, vel ſternere facta poteſtas

Com-

Compertum toties, licet alto robore preſſæ.
Quin rabies concita magis, ferroque doloque
Indurare parat: iurati haud cedere campo,
Plurima moliti in præſens peiora minantur.
Quæ exiguæ nobis ſunt reſpondere phalanges
Haud poterunt: timor hinc prudentia certa eſt.
Vel ſi non liceat vim vi protrudere, ſaltem
Fas foret ingenio, fraudem deludere fraude;
Arte ſubinducta, captandum tempore tempus.
Conſilijs, armiſque potens in bella CERVSCVS,
Flos iuuenum, quo non acrior certare duello,
Quem certè indemnis nuſquam vllus ad arma vocauit;
Palladis in ſtadio nulli virtute ſecundus.
Militiam ætatis primæuo in flore ſequutus,
Cum tribus addiderat luſtris tres circiter annos.
Nulla dies, nox vlla virum conſpexit inermem,
Auſonijs quoties ſonuit Mars perfluus aruis.
Ter quinos vixdum Maios numerauerat ætas,
Cum iam doctus equos agitare in prælia ſueuit,
Expertaque manu monuit parere lupatis.
Is genius fuerat, cum vix lanugine ephebus
Ora tegebat; amor præcox inceſſit equorum.
Nactus equum, latis tondentem gramina campis,
Iam placet is Balius color, indè ferox hinnitus,
Roboris eximij præſagia nota latentis.
Fulminei ſplendent oculi, fremituque minaci
Pectore conceptos patulis è naribus ignes
Efflat, & impatiens tremulum fodit vngula campum.
Sed quid ego hic memorem per ſingula quæque placentem?
Attonitum ſubitò rapuit veſana cupido:
Sed nondùm expertum doctas equitantis habenas,
Quis valet agreſtem, indomitum, effrænem moderari?
Multa reluctantem is tenuit, traxitque lupatis
Quem nullo poterat mulcere popyſmate, & arte:

 Mox

Digitized by Google

Mox ferrum dente inuito mordere coegit.
Effera vt iniecto fræno compeſcuit ora
Ilicet in dorſum audax emicat: at ſonipes ſe
Concuſſis hinc indè iubis, & ſpumeus ore
Horrendum ringens, præcepſque per aera ſaltu
Immani iactat; rabidis conatibus exhinc
Inſultat quà calcibus, & quà morſibus auras.
Circinat inſanus, ſpiraſque, orbeſque retexit.
Aſt demùm irarum fluctus ſubſidere ſenſim
Cum poſito ingenio docuit miteſcere; lora
Ritè regens, duriſque premens calcaribus armos.
Et validæ poſt terga ſonant ſcuticæ domitrices.
Acre magiſterium, aſt quo nil magis vtile nuſquam
Inueniſſe ferunt Podalyrius atque Machaon
Bile retundenda, ſatius medicamen in hortis.
Dein tractus ſtabulo, cura, ſtudioque fouendus,
Poſtque fuit domitus, factus cicur, & generoſus,
In pretio venit, quantum nec dicere poſſim,
Nec tantum puto Bucephalus fuit Alexandro,
Aut Balium fortaſsè ſuum dilexit Achilles.
Perpetuus comes in bello, bellique miniſter,
Cui nuſquam ſimilis. Quidquid fœlicicer actum
In Balium deferre ſuum: mox hinc ſibi nomen
Conſtitit à Balio; exindè Heroem BALIOTVM
Vniſono clamore ſalutauere cohortes;
Qualis Romuleis Torquatis nomina torques,
Vel Cincinnatis titulum fecere capilli.
Vndè & gens Baliota vetuſta vocabula ſumpſit,
(Ni, vt perhibent alij, Baleus magno Hercule natus,
Iſthæc ipſe ſuæ ſtirpi cognomina liquit,
Inſulæ vt impoſuit titulos Balearia regna)
Quidquid id eſt, longo nam fama obſcurior æuo.
Nec ferrugineo licet vltrà ſcabere ſæclo
Hiſtoriam quam dira vetat mihi ſcire vetuſtas
Impro-

Improba, dente terit, quæ ſaxa atque æra maligno:
Demere nec tantis fas eſt obliuia rebus.
Diſſidia hæc inquam audijt, exardetque CERVSCVS,
Scilicet obnixos ſtudia in diuerſa, paratos
Hinc, atque hinc animos: ſimul & veniſſe recentes,
Quos Patria immiſit, pietaſque vocauit ad arma
Germanos; æquè poſitos ad fortia quæque:
Aſpectuque patent, hinc IVLIVS, indè CAMILLVS,
Cœleſti excandens flamma, ſic ore loquutus
Dicitur: Eloquio quo non præſtantior alter,
Cum vacat ingenitos ſocijs partirier ignes.
Purpureo ſplendet ſagulo, cui & aurea thorax
Murice picta, grauem confert pulcherrima formam.
Auro, oſtroque nitens, galeæ cui plurimus alto
Vertice ſurgit honos, parili diſtincta colore.
Aureus hinc vmbo, ſaturatus ſanguine multo,
Nunc etiam ſeris ſeruata nepotibus arma,
Teſſera virtutis, confingunt ſtemma decorum,
Tergemino ductu varium, quà murice, quà auro.
His igitur dictis, fama eſt animaſſe ſodales,
Subiecitque nouas nutanti in pectore flammas.
Si quidquam nobis virtutis adeſſet auitæ
Non foret hortandus properans huc Nobilis vltrò,
Quem propè ſuccenſo percellit pectore virtus.
Hanc nobis impunè feret gens perfida noxam, vt
Chriſtiadum antè oculos fieri hæc patiamur inulti?
Et vexare pios, & templa abſumere flammis,
Conculcare Fidem, Diuûm ſubuertere & aras,
Contemptumque Crucis, nec non violata ſacrorum
Iura à blaſphemis rabulis cernemus inertes?
Heu pudeat, nos ingenuo de ſanguine natos:
Degeneres noſtra maculas neu ſtirpe feramus.
An memorem eximias laudes, & facta Parentum,
Queis pietas laudanda fuit? parcenſque labori

 Nul-

Nullus in egregio numerare eſt ſtipite noſtro,
Dum fuit inſtaurandus bonos, cultuſque Tonantis.
Quin fuſo temerata luat cum ſanguine pœnas
Ni Chriſti excipiat gens refractaria leges.
Nunc vetera vlciſci tempus, nunc iura tueri
Nunc fas antiquam per vim decernere litem.
Noſtra licet ſit parua phalanx, ſoluſque maniplus,
Innumeras equitum, peditumque in prælia turmas
Æquaret, ſcelerata abigens de finibus arma
(Dum faueat celſo dextra Omnipotentis Olympo)
Si non hic noſtris animis iam corda deeſſent.
Verùm vbi inaſſuetus perſtrinxit pectora languor,
Hoſti animus datus eſt, creuitque audacia ſonti.
O genus Herculeum, gnatumque Heroibus almis,
Ingentis facti nos hic noua fata laceſſunt:
Macti animis, deerunt nec robora iuſta volenti;
Talis namque atauos decorauit gloria noſtros,
Ardua cum ex animo tempſere pericula forti.
Non Patriæ decus, & veterum celeberrima virtus
Diffugiant oculis. Sic nos Heraclida pubes
Vltima Chriſtiadum afflictis ſpes maxima rebus,
Iugiter alma Fides percellat ad ardua: mors &
Noſtra (quid eueniat) tam cœlo nomina tollet,
Quam Superis placuit noſtra hic virtute nitere.
Diue Parens, nam ſumma tibi manet indita cura,
Conſcie qui rerum, viuunt cui cuncta creata,
Mortis & imperium, vitæque ſtat æqua poteſtas,
Cui ſortes hominum parent, & corda pateſcunt
Teſtor nec vitæ parcam, minùs vſque labori,
Neu patiar ſcelerata diu plebs cornua tollat,
Dira licet rabidis mors ſit ſubeunda periclis:
Omnipotens aderit, ni deſim fortibus auſis
Donec diſpereat genus exitiale rebelle.
His dictis incenſi animi, nam concita flamma

Impro-

Improuiſa ſubit cunctos, & pectora verſat.
Impatiens iam quiſque ſuo ſuccenditur igne,
Et fremit, hinc ſpirat pugnæ intolerabilis ardor.
Diditur intereà obuerſis fragor vndique caſtris,
Qualis feruet apes, cum ſe ſub vimine texto
Sentiat impelli; vel irritata crabrone
Confuſus cæco ſubmurmurat impete bombus.
Nam ſubita inuaſit, ſtimuloſque incuſſit amaros,
Fama, nouos veniſſe viros, queis copiæ adauctæ
Chriſticolis: tum bella volunt indicere, nè ſi
Exuperent, fortaſsè magis foret indè timendum.
Explicuere aciem, multuſque ad ſydera clamor
Tollitur. Haud ſegnis, iam hinc reſpondere parata
Exilit alma cohors: titulos referentia magnos
Pectora & arma trahit, fidenſque intruditur, inſtar
Grandinis æſtiuæ, ſubito diſploſa tonitru.
Verùm vbi conſertis in mutua vulnera turmis
Se immiſcent, fixo pede ſiſtit perfidus hoſtis
Neſcius inflecti; ſtudio, parilique labore
Certat, & ancipiti pugnatum ſorte; nec vndè
Pendeat ingentis facti victoria conſtat.
Excita magnanimo pubes Nazaria ab œſtro,
Fundit ſe arcta globo hoſtili generoſa, nec hæret
In medias acies perſtringi: in vulnera dextras
Inſtruit; intrepido Martemque, hoſtemque fatigat
Pectore; ſed ducibus nullis, atque ordine nullo.
Tempus adeſt, iam feruet opus, Fidei cauſa hæc eſt,
Hìc ſors, hìc ſpes, ſuprema hìc eſt alea rerum,
Vrget amor, petit indè manus; vocem impediebat.
Hortator ſibi quiſque operum, ſe quiſque gubernat.
Nec patiens it legis amans, ſtudiumque placendi
Non eget imperijs, niſi quæ ferat æqua voluptas.
Sic pubes incerta ruit, ſed certa laborum;
Nec temerè confuſa volat, ſinè lege reſultat

Lex operum tantorum, atque expers ordinis ordo;
Vſque adeò in medijs erroribus haud tamen errat.
Brixia quæ intrepidum fueras mirata CAMILLVM,
Dic vt fulmineo perterret dextra mucrone,
Vt niueo deuectus equo, ſaturanſque machæram
Sanguine polluto, turbas impunè per omnes
Bacchatur, toti paſſim dans funera campo.
Pallentes madidus ceu ſternit meſſor ariſtas,
Aurea cum Cereris ſoboles conſurgit vtrinque
Expanſis, plenoque ſinu complectitur vlnis,
Tùm denſæ immittit ſegeti implacabile ferrum;
Haud ſecùs audaci implexas metit enſe cateruas;
Tantum namque poteſt cui dat ſua dextera pondus.
Non aliter Boreas, Rhodopes à vertice præceps,
Cum ſe ſe immiſit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras, latàque expandit arena.
Non procul innumeros feruet perfuſus in hoſtes
IVLIVS haud impar fratri, duo fulmina belli;
Sic legis cuſtos erraticus, haud reus errati,
Intentatque viam ferro, quacumque refulget
Gloria vincendi, vel quà ſpes vlla corollæ
Prouocat, infractóſque fremens conculcat aceruos.
Huc, illucque madens inimico ſanguine, grandes
Inſpirat ſocijs animos, feſſoſque labore
Recreat, & iuſtas hortator congerit iras,
Tantùm animis opus eſt: cui nunc victoria cedat,
Gloria cui maneat nunc eſt decernere ferro.
Perfida terrificos horreſcunt agmina Martes,
Et pauefacta ſuas pertæſa audacia fraudes
Inſultat diris; quin, & pudet arma tuliſſe;
Indecori morti, tot congeſſiſſe phalangas
Quàm dolet! Immeritos ad bella laceſſere compar
Vltio conſequitur. Tantum quoque robur Auernus
Senſit, & extimuit; triſteſque Acherontis ad vndas

Impa-

Digitized by Google

Impatiens vaſto ſub pondere cymba Charontis
Ingemuit; nimioque diù temerata recurſu
Nutat, & ancipiti vix ſuſtinet aſſere vectos:
Quippè crepens patulo luxata fatiſcit biatu;
Et largam bibit indè ratis iam laxior vndam.
Anxius inualido poterat vix pellere conto
Puppim nauclerus, licet alto impingeret auſu,
Namquè vrgebat onus; iam proxima flumine mergi.
Perfuſus ſudore graui: fremituque pudendo
Indignatus ait. Rea plebs inuiſa Tonanti,
Nata malo Genio, miſerum proiectaque in orbem;
Auſa laceſſitos vexare homineſque, Deoſque,
Mox petulans turbare venis Plutonia regna?
Iuro per iratos Manes, Stygiamque paludem,
Quà Phlegetontæos ignes, ſacer euehit amnis,
Ni vos in medio demerſos flumine perdam,
Et rapido abſorptos ferali in gurgite linquam
Exigua probibemur aqua. Iuſtiſſima pœna,
Quà raptanda feris, & diſcerpenda volucri,
Vt turpi diſiecta ſolo procul indè putreſcunt,
Corpora veſtra forent (ni dedignentur ad eſcam.)
Et vos perpetuis errantes noctibus, omnem
Concurſare domum; ſtrepituque auertere ſomnos,
Omnibus exoſi: ſyluiſque, & vallibus vmbras
Infeſto terrere metu: truculentaque forma
Horrifico rictu laruas imitata furentes
(Implacidos lemures dicunt, vmbraſque ſilentum)
Terribili aſpectu ciet in conuicia plebem.
Tunc diræ, & probra in vos, & maledicta tonarent.
Hæc foret vna quies, merces digniſſima veſtrum.
Et quæ fata vetant, quin hìc malè facta rependam,
Tentamenta probans actu? Sed parcere præſtat,
Nam grauior vos pœna manet, manet vltio dira.
Nec crinem laniare manu, ſulcare genaſque

Vn-

Enſe premit, taliquc placet pulſare mucrone,
Quo pariter bellans vicit Nazaria pubes.
Nec procul indè ſacri conclauia magna Senatus
Apparent: Fratrum nec non certamina ſolers
Heroum, in foribus cælarat dædala abenis
Aligerum manus, atque operoſo impreſſerat auro.
Cætera, quæ mixtim ſequitur mox turba triumphum
Feſtiuo paſſim celeuſmate ſydera plectit:
Ite ò fœlices animæ, queis larga laborum
Præmia diſpoſuit, celſi Regnator Olympi.
Pergite fœlices, inquam, totque inter honores,
Mortales audite preces, quas plurima, veſtrum
Ad tumulum ſupplex geminabit turba: domumque
Cara Deo, & terris, quam iugiter incolit Afra
Aſpicite, hæc etenim veſtris digniſſima ſedes
Corporibus ſtatuta quies, electaque vobis
Ara triumphalis; fœlix vos Brixia ſeruat
Sacrificis panchæa focis vbi thura Sacerdos
Offeret, & vobis æternos dicet honores,
Luciſluos donec Titan dabit aureus ignes.
Hic noſtris votis, precibus quoque adeſte vocati;
Victores bellate iterùm. Si Brixia vtroque
Cœleſti ammiſſo bellorum fulmine plorat,
Extinctoſque gemit lachrymoſa Nouaria ciues,
Spiritus hæredes, veſtri mox ſunto Nepotes,
Quos Fidei generoſus amor, quos feruor Auorum
Illuſtres reddat terris, & ſanguine eodem
Iugiter incaleant: paria & ſtirps de hoſte trophæa
Bellipotens referat. Sed quo mea Muſa fatiſcis?
Inuictis animis, atque vno ſanguine feruet
Progenies, igneſque fouent, queis pectora ſentit
Exardere ſibi, nec non ad bella cieri
Sanctorum cineres, quos tangit cura Nepotum;
Nec ſibi diſſimiles pietate armiſque habuere.

Glo-

Gloria auita vocat vos ò fortiſſime IOSEPH
ANTONI, paribus, pariterque inſignis in armis
ANTONI FRANCISCE animis, & ſanguine fratres.
Vos Nazariadum compellat ad arma triumphus;
Vos vellent gladios inter, turbaſque feroces
Inſpicere, aſperſis inimico ſanguine dextris;
Seu ferus Auſtriacum, dùm cingit Turca Viennam
Crudeles ictus, & non medicabile vulnus
Intendens, nimio truculentus in agmine, raptum
In ſua conuerſum conſpexit viſcera ferrum.
Siuè vbi Chriſtiadum excreſcens victoria latè
Proceſſit generoſa, vrbeſque ingreſſa rebelles,
Infidos domuit populos, diuoque ſubeſſe
Imperio voluit, meritaſque ſubire catenas.
O vtinam veſtras mihi ſaltem noſcere palmas
Conceſſum! Miſeroque datum tot bella Poetæ
Cernere quæ referat! Vetulo non congrua plectro,
Veſtrorum infœlix cecini ſic geſta virorum.
Porrò quod noſtræ nequeunt audere Camœnæ
Quis ſatius celebret? Digno quis carmine veſtras
Enumerans ſortes, æternæ nomina famæ
Celſa dabit? (Quamuis iam fama impleuerit orbem)
Vos belli comites, vos magni Martis alumni,
Dicite promeritas Heroum, dicite laudes,
Magnanimos ſenſus, pectuſque immune timoris:
Et quoties vobis inter denſiſſima tela
Impauidi addiderint animos, & ſanguine Lunam
Fœdarint turpi, traiectis tergore Turcis.
Quid loquor incaſſum? Bellator nullus in vrbe,
Conſcius & ſummæ virtutis, nullus obaudit,
Qui referat. Pars cæſa iacet; pars vulnera curat,
Ad bellum reditura iterum; pars feſſa quieſcit
Germano detenta ſinu: pars feruet in armis
Cæſareis adiuncta Aquilis. His lingua machæra eſt;

 Fer-

Digitized by Google

Fata maligna mihi infortunia quanta dediſtis!
Stridulus haſce ſenex dabat ore fremente querelas,
Fecerat vt laſſos turba inglomerata lacertos.
Intereà infecto, ſpectat quem Brixia campo
Impiger audaces pergit Nazaria pubes
Non remeaturas terris ſubducere gentes,
Vt ſcelerata iuuat præſtigia tollere ab vrbe.
Diffuſæ languent acies, menteſque rebelles
Non ſibi conſiſtunt pauidæ, gelidoſque per artus
It tremor, & nimia riguit formidine pectus.
Iamque incerta ſalus per apertos quæritur agros
Præcipitante fuga, per ſaxa, per auia quæque;
Namque erat vna ſalus, nullam ſperare ſalutem.
Scilicet hùc rapido minitatur acinace victor;
Inſtat adhuc conſtans, candentibus æſtuat armis,
Sat ſcio, cùm profugos vrget Nazaria virtus.
Conſcia virtutis, factique vrbs; ilicet ingens
Exoritur plauſus, vociſque reſultat imago
Gratantum ſibimet; melioraque ſæcla ferentem
Fama renarrabat, quæ ſpem perferre iubebant.
Quin etiam officijs ingentibus excita circùm
Stat Superum pubes, finemque intenta moratur,
Et pennas premit, obtutuque coercet in vno
Pendula vim mentis volucrem, exultantiaque implet
Corda metu, qualem parit expectata voluptas.
Mox adſunt plauſu; quantum facieſve ſerenæ
Inſpirant oculis, lætoque ingentia vultu
Gaudia diſpenſant? mellis quæ ex ore propinant!
Vnus at antè alios, præceſſor dirigit agmen
Demulcens dictis animos; cui plurima frontis
Gratia, amorque ſimul. Rutilat pro crinibus aurum
Pro teneris ſpirant geminata corallia labris;
Floridulo nitet ore color, miſtimque reſultat
Parthenice velut alba roſas, velùt aureus orbis

Cingit

Cingit ebur, candorque reciprocat arte ruborem
Mox bas dulciſono mittit de pectore voces.
Sat tua barbaricum IVLI bibit harpe cruorem;
Nigranteſque animas ſat tartara in ima CAMILLE
Truſiſti; feſſo liceat requieſcere ferro.
Nobile par fratrum, queis primò lactea preſſit
Vbera Relligio, fuſoſque ad lumina vitæ
Excepit gremio Pietas; mox arbitra morum
Inſtituit quos ſancta Fides; victoria veſtra eſt:
Sed fortes meliora manent iam fata. Cruentas
Fudiſſe in proprio demerſas ſanguine gentes
Gloria veſtra fuit; pars exiguiſſima reſtat
Vincendi, aſt melior: ſimiles vos fingite veſtrum.
Vidit vt intrepidum per tanta pericula pectus,
Trux Genius (populata ſuos, quem dextera terret
Veſtra triumphalis) ſummas ſibi adeſſe ruinas
Iam nouit: peiora igitur certamina quæret,
Quem magis vltrices iuuat exhinc ſumere pœnas
Deſperata ſalus, iam concitat arte furorem
Et fremit, & ſpumat, furiæque, iræque miniſtra,
Et ſcatet infando facies cui lurida tabo,
Relliquias furibunda legit, Stygioque Tyranno
Dat nomen; tanta eſt vindictæ dira libido.
Carmine Tænarias infando, in bella cohortes
Concitat; obſcœno quid raucum immurmurat ore,
Infernas, quo acies vocet in ſtipendia fraudis,
Queis auſit rursùm tentare pericula Martis.
Perſtrepit horriſono fremitu, tetroque boatu
Vmbrarum per regna ciens ad claſſica turbo.
Buccina cùm increpuit, iubet arma capeſſere quemque
Tartareo qui ſceptra tenet Rex Lucifer orbe.
Tùm furijs data libertas, patefactaque clauſtra,
Vt ſi fracta forent æterna repagula Auerni.
Hinc furor exauctus, ſimul atque ſuperbia victis,

Ad

Adplauduntque ſibi pacta in commercia Ditis.
Qualis Achilleidos, in ſpem victoriæ adactus
Certam; vt qui indubiè fatali doctus oraclo
Det Troas Danao, expugnet, ſubigatque, eruatque:
Vſque adeò cæcus furor. Indè ignauia probro
Exſtimulata ſuo, præceps audacia facta eſt.
Iam Libitina ſuis inuecta curulibus ad vos,
Macti animis, hùc cita pedem pede preſſiùs vrget:
Aſt nil funeſtum, nil conuehet illa dolendum;
Nec pullata venit; fatalem purpura currum
Induit, & veſtros iam circumfuſus bonores
Explicat, atque eadem vos hinc aget orbita cœlo.
Pergimus intereà quà nos amor auocat, vndè
Et meritas palmas, & debita ſerta feramus.
Mox adero, & veſtris adſtabimus indè triumphis.
Vos agite Heroes, minor an ſit adorea mortis,
Quam fuerit vincendi ardor, nam gloria maior.
Dixerat: extemplò perniciter explicat alas,
Et ſubeunt vbi iuſſa vocant, diſponere pompam.
Cecropa ceu variæ populatrix chloridos, ampla
Sollicitat volitare celer per prata, per hortos,
Argutoque trahens ſtudio, quà Flora placebit.
Sic pubes incerta volat per amœna vireta,
Quà flores ſparſim legat indè, ſinuque repando
Congerat in varias iamiam textura corollas.
Hic violas, hinc indè roſas, procul indè hyacintos,
Narciſſoſque leues carpit, nec anemona deſunt;
Aurea caltha venit, non mortaliſque amaranthus;
Hìc crocus, hìc nardus proſtant, niueumque liguſtrum.
Floridulæ meſſis ſatur, hinc potiora recondit,
Secernitque operi. Altera pars celer æthera ſindit,
Conflet Idumæas quà digno in funere palmas,
Et quæcumque decent inſtauratura triumphos.
Eſt quoque cui præſtat magis hùc opobalſama ferre,
Eoaſ-

Eoaſque cito greſſu præteruolat oras,
Vnde Sabæa ſibi, Panchæaque aromata cogat,
Tanto operi ſeruanda: placet ſic meſſis odora.
Obſequijs operoſa phalanx dum penniger iſtis
Incumbit, furibunda parat, quos reddere dignos.
Impia quæ cladi ſupereſt, cum turba rebellis
(Turpes relliquiæ Mortiſque, Erebique furentis)
Vt nullam ſibi adeſſe fugam, perſtricta mucrone,
Vidit & indè minùs ſibi ſpem effulgere ſalutis,
Concita terrifico tremitu, gemituque, vlulatuque,
Infremit; infandum deſpumans lurida lethum,
Quà voce, & quà armis, certat terrere minantis
Exitium Mortis, rabidoque in Marte pererrans
Vndequàque ruit; mox cœca agitata Megera
Deſperata ſui, victorum in ſe excitat iras,
Præcipitique necem ſibi comparat arte; refuſa
Inter & effuſos hoſtes, ſua fata laceſſit.
Feruet inaſſueta pubes Nazaria flamma
Nec timet horriſonæ caput obiectare procellæ.
Vrget feruentes animos deſponſa corona.
Obuia fit pugnæ, cœleſti percita ab œſtro;
Et licet hoſtiles in ſe conuerterit iras
Non tamen abſtinuit, vitæque, animæque pepercit.
Quin iuſto fremitu excandens animoſa coegit
Aurea nolentem diſcindere ſtamina Clothon.
Vt madefacta rubet fraterno ſanguine tellus!
Vt riuos bibulo depaſcunt ore fluentes
Gramina purpureos! Subitis hùc cœlica pennis
Agmina ferte pedem, diuumque è vulnere rorem
Excipite, & pateris, vt dignum eſt, condite veſtris.
Eia agite, æterni date largum veris honorem;
Inclita promeritis præcingite tempora ſertis,
Collectaſque roſas calathis profundite plenis.
Spargite cum viridi pæonia regia myrto,

 Serpil-

Serpillumque, chamæmelumque, aloenque, cyperumque.
Et coſtum, & ſtacten, & olentis germen amomi,
Florenti nimbo delectas ſternite pompas.
Sed quid ego hæc memorem? Vix ſaucia pectora viſa,
Nec mora, cùm vigiles, qui aderant ſpectaculo Ephe
Expectata diù ſocijs dant ſigna triumphi,
Dactylicis implexa notis; qualis Geniorum
Eſſe ſolet ſermo: Superum vernaculus aulæ,
Quo ſenſus animi, mentiſque arcana reponant.
Nec diuerſa illis ſonat vſque locutio ad aures
Queis benè pro lingua manus eſt: hac ritè loquuntur,
Et facilè capiunt, qui iſthæc idiomata norunt,
Multa licet toto interſit via diſſita cœlo.
Vndique conueniunt celeres, plauduntque frequentes
Remigio alarum, ſe ſeque per illa earinant
Arua triumphali rutilantia ſanguine. Proſtat
Aligerum manus Heroum: ſtudioſa vagantur
Agmina cœlituum, nullo duce libera feruent.
Qualis apes labor, & generandi nectaris ardor
Exercet, cum vere nouo per olentia prata
Stillatum violis ſubeunt onus; aut vbi denſæ
Diſponunt flauas texto ſub vimine cellas.
Aureus haud aliter, ferali exercitus agro,
Gramina vbi innocuo molleſcunt tincta cruore,
Itque, reditque frequens: facto velut agmine ſtipant
Obnixi, & ſanctos, ſeruatoreſque ſalutant.
Vulneribus ſuperaccumbunt; victricibus indè
Oſcula dant manibus, traiectaque pectora nudant.
Eſt qui fert lymphas, generoſaque vulnera ſolers
Linteolis purgat, fouet, inſpergitque ſalubres
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panacæam.
Ille alius mixtæ perfundens balſama myrrhæ
Infundit plagis operoſà inſpergine hiulcis.
Et leuiter palpare manu, dulcique labello,
Inſpi-

Digitized by Google

Inſpirat tenues auras, artuſque calentes
Officioſus agit placidis miteſcere flabris;
Blandulus, & tenero mulcet ſermone dolores.
enſit opem; ſumpſitque animos moritura Iuuentus;
Gratibus indè onerat cœlos; plauditque viciſſim
Fœlicem mortem, qua non fœlicior vlla
In terris. Madidas alterno ſanguine dextras
Iungunt: mox roſeo gratiſſimus ore CAMILLVS,
Subridens fratri, de pectore gaudia profert.
Vicimus è IVLI, paruique laboris habemus
Præmia, quæſitâ toties iam morte beati.
Vix ea fatus erat, cùm dicere plura paranti
Deficiunt artus, titubans vox deficit, arma
Deficiunt manibus, ceruixque illapſa recumbit.
Tùm vix dicentem pallentia lumina noſcunt,
Ni quantùm dulci morientis percitus aurà
IVLIVS inſpexit, ſimul hinc auditus ab ore
Semianimi effari: quæ noſtram gaudia mentem
Præripiunt? Morior Fideique, Deoque ſacraui
Vt cupij viridem primæuo in flore iuuentam.
Dixerat, impatiens diuturni carceris, aſtra
Suſpiciens, Fratremque noua iam luce decorum
Miratur, qualem Phœbus cum nempè citatos
Exhortatus equos, curruque obnixus ab alto
Spargit in arua diem, cui nulla vmbracula vultum
Nulla ſupercilium nubes tegat. Aureus illum
Ambit honor iubaris, qualem ſinè labe colorem
Terra bibit, cum Solem inter cunabula Mundi
Enixa eſt primo maris vnda puerpera partu.
Suſpirans, imoque trahens de pectore vocem,
Ecce ſequor (dixit) corpuſque, homineſque reliquit.
Atque ità funeſto non debita præda Tyranno,
Læta tamen vitam ſupremo in funere Pubes
Deſerit, & vita pro Relligione cadente.

Inuictas animas in morte dicauit Olympo.
Vt Sol aſtriferi per inardeſcentia Mundi
Prata redux, tepido difflauerit ore Decembres,
Autumnumque fugarit hiems, hiememque renatus
Expulerit, ſoluitque niues, glacieſque, pruinaſque
Is vaga, cui celeris rota temporis annua curæ,
Iamque redorditur noua tempora mobile tempus,
Cum in Floram molitur iter, terraſque reuiſit
Vere nouo, placidæque auræ zephyritides omnes
Tranquillæ ventorum animæ, quibus aurea vultu
Temperies adſunt, famulataque colla nouali
Supponunt Maio, nec agentia fræna recuſant:
Queis neque natiuus vultum fragor, aut furor alas
Aſperat, aut cogunt equitantes nubibus imbres,
Ni quantum placidis agitantes luſibus auras
Lacte renaſcentem recreent ex æthere terram.
Haud ſecus apparet puerorum turba volucrum,
Quos amor extorres potuit deducere cœlo,
Vt Nazariadum perſiſtat læta triumphis,
Exuuiiſque ſacris Diuùm mox plauſibus hæret.
Iam famulatrices, quiſque in ſua munia, dextras
Expediunt: blandà hic ſparſos colit arte capillos,
Cinnama iam compto ſpargit pars altera crini.
Ille humerum per vtrumque aptat: pars implicat auro,
Certatim appoſitis florentibus indè corollis,
Quas neque bruma gelu, nec Sirius æſtibus vret.
Sunt etiam, variiſ fraterna coloribus ora
Pingendi quos cura manet: redit ille genarum
Fulgor, & egregiæ maieſtas aurea frontis;
Ridet, adhuc viuo ſimilis, ſua gratia vultu.
Ceu pluuiis aſperſa caput roſa languida honeſtum
Flexit vbi, pictamque comam largo imbre grauatam
Deprimit; aſt iterum roſeus Sol ſplendeat aruis,
Et redeat madido facies pulcherrima cœlo.
Proti-

Protinùs attollens ſe ſe, rursùm illa reſurget,
Purpureique ſinus diuinum pandet honorem.
Et quis magnificos valeat narrare triumphos?
Dicite ſi quis amor, Pueri, queis credita pompa eſt.
Vos vidiſtis enim feſti proſcenia cæli,
Quæ diſcreta procul mortalibus eripit auſis
Nobile ſiparium, & cæleſtis carbaſus auræ.
Hæc ego ſyderei ſi quid cortina theatri
Poſſe dabit; pateatque oculis penetrabile cælum,
Aurea magnarum pandam ſpectacula rerum,
Quæ multa, & videre, videndaque multa dedere
Aligeri. Quamuis ea nos miracula tangant,
Vix tamen è cælo leuis hùc allabitur aura.
Non ſic Victor ouans, pugnatis vndique bellis
Intrarat rediens, Capitoliaque alta ſubibat.
Applaudunt placidi, purum, tranantibus æther,
Subſiduntque Euri: procul hinc ſecedite nimbi,
Lætior arridet clari liquidiſſima Mundi
Tempeſtas; Zephyris ludentibus aera mulcent.
Singula quin etiam cælo digniſſima, belli
Celſa trophæa ferunt: iacula hic: haſtam ille iocoſus
Criſpat agens tremulam, commiſcens ludicra ſerijs.
Ille aptat galeis rorantes ſanguine criſtas;
Perfoſſumque locis bis ſex, thoraca refulget.
Fert alius lunatum humeris ſplendentibus arcum;
Iſte gerit clypeos, vexillaque ventilat alter.
Cuncta ſimul radiant; vmbo vomit aureus ignes;
Tùm propè ſydereo micat enſis iaſpide fulgens.
Hunc rotat Armipotens, priſci quem gloria belli
Fecerat inſignem, cùm deturbauit ab aſtris
Pugnaces Genios, quos tetra ſuperbia flammis
Addixit, longèque alios ſupereminet omnes.
Nunc etiam exuuias domiti, fuluamque Draconis
Oſtentat pellem; quam tergo innixus, eodem

 Enſe

Enſe premit, taliquè placet pulſare mucrone,
Quo pariter bellans vicit Nazaria pubès.
Nec procul indè ſacri conclauia magna Senatus
Apparent: Fratrum nec non certamina ſolers
Heroum, in foribus cælarat dædala ahenis
Aligerum manus, atque operoſo impreſſerat auro.
Cætera, quæ mixtim ſequitur mox turba triumphum
Feſtiuo paſſim celeuſmate ſydera plectit:
Ite ò fœlices animæ, queis larga laborum
Præmia diſpoſuit, celſi Regnator Olympi.
Pergite fœlices, inquam, totque inter honores,
Mortales audite preces, quas plurima, veſtrum
Ad tumulum ſupplex geminabit turba: domumque
Cara Deo, & terris, quam iugiter incolit Afra
Aſpicite, hæc etenim veſtris digniſſima ſedes
Corporibus ſtatuta quies, electaque vobis
Ara triumphalis; fœlix vos Brixia ſeruat
Sacrificis panchæa focis vbi thura Sacerdos
Offeret, & vobis æternos dicet honores,
Luciſluos donec Titan dabit aureus ignes.
Hic noſtris votis, precibus quoque adeſte vocati;
Victores bellate iterùm. Si Brixia vtroque
Cœleſti ammiſſo bellorum fulmine plorat,
Extinctoſque gemit lachrymoſa Nouaria ciues,
Spiritus hæredes, veſtri mox ſunto Nepotes,
Quos Fidei generoſus amor, quos feruor Auorum
Illuſtres reddat terris, & ſanguine eodem
Iugiter incaleant: paria & ſtirps de hoſte trophæa
Bellipotens referat. Sed quo mea Muſa fatiſcis?
Inuictis animis, atque vno ſanguine feruet
Progenies, igneſque fouent, queis pectora ſentit
Exardere ſibi, nec non ad bella cieri
Sanctorum cineres, quos tangit cura Nepotum;
Nec ſibi diſſimiles pietate armiſque habuere.

Glo-

Gloria auita vocat vos ò fortiſſime IOSEPH
ANTONI, paribus, pariterque inſignis in armis
ANTONI FRANCISCE animis, & ſanguine fratres.
Vos Nazariadum compellat ad arma triumphus;
Vos vellent gladios inter, turbaſque feroces
Inſpicere, aſperſis inimico ſanguine dextris;
Seu ferus Auſtriacum, dùm cingit Turca Viennam
Crudeles ictus, & non medicabile vulnus
Intendens, nimiò truculentus in agmine, raptum
In ſua conuerſum conſpexit viſcera ferrum.
Siuè vbi Chriſtiadum excreſcens victoria latè
Proceſſit generoſa, vrbeſque ingreſſa rebelles,
Infidos domuit populos, diuoque ſubeſſe
Imperio voluit, meritaſque ſubire catenas.
O vtinam veſtras mihi ſaltem noſcere palmas
Conceſſum! Miſeroque datum tot bella Poetæ
Cernere quæ referat! Vetulo non congrua plectro,
Veſtrorum infœlix cecini ſic geſta virorum.
Porrò quod noſtræ nequeunt audere Camœnæ
Quis ſatius celebret? Digno quis carmine veſtras
Enumerans ſortes, æternæ nomina famæ
Celſa dabit? (Quamuis iam fama impleuerit orbem)
Vos belli comites, vos magni Martis alumni,
Dicite promeritas Heroum, dicite laudes,
Magnanimos ſenſus, pectuſque immune timoris:
Et quoties vobis inter denſiſſima tela
Impauidi addiderint animos, & ſanguine Lunam
Fœdarint turpi, traiectis tergore Turcis.
Quid loquor incaſſum? Bellator nullus in vrbe,
Conſcius & ſummæ virtutis, nullus obaudit,
Qui referat. Pars cæſa iacet; pars vulnera curat,
Ad bellum reditura iterum; pars feſſa quieſcit
Germano detenta ſinu: pars feruet in armis
Cæſareis adiuncta Aquilis. His lingua machæra eſt;

Ferrea Bellonæ, non aurea ſigna Mineruæ:
Non reſonum Phœbi montem, ſed Martis arenam
Non Aganippæos latices, ſed ſanguinis vndas,
Arma hi, non placidas cytharas nouere. Quis ergo,
Quis veſtrum extollet meritum Nazaria proles?
Vos adhuc hoſtili, quæ ſanguine tincta rubetis
Arma, enſes, galeæ, clypei, pictæque pharetræ
Dicite crudeles pugnas, patrataque geſta
Pandite, queis ſiquidem circumdata fortia membra
Iam ſcimus, tectumque caput, dextraſque, humeroſque
Inſtructos: tot viſa diù portenta referte. Aſt
Ferrea vox vobis, Muſiſque incognita lingua,
Nil niſi funeſtum referet, nil dulce ſonabit.
Ah liceat veſtras audire, & reddere voces
Inclita geſtorum genitrix Nazaria pubes.
Dicite cùm patrijs opibus, patriaque relictis
Ingreſſi celebres per longa pericula terras
Quà inuitat clamorque virum, clangorque tubarum;
Ad magna. Auſtriacis adiuncti viribus ambo
Adlecti iuuenes, fuſo mox hoſte Viennam
Intraſtis, nimiæ quæ paſſa tyrannidis ictus
Libera Cæſareis lætum pæana canebat.
Dicite cum pauidas per Pannonis arua ſecuti,
Diſiectaſque acies, ferroque, animoque potentes
Barbarico patrias coluiſtis ſanguine lauros.
Magnanime OCTAVI, tantarum conſcie rerum,
Dic age flammiuomum, impauidi, cui pectoris œſtrum
Incuſſit febrim, corpuſque, animumque coegit
Exardere pari flamma, cui victa quietem
Ægroto, feſſoque dedit Strigonia; mentem,
Ardorem, ſenſus, & bellica ſomnia narra,
Quæ dans membra toro, placidis tibi Morpheus vndis
Adiunctus cœco conſuerat fingere Marti.
Tuque etiam inſignis forma, viridique iuuenta

Iſtius

Digitized by Google

Iſtius dilecte nepos acerrime IOSEPH
ANTONI, aſſiduas iras, ſanctoſque furores,
Belligeraſque refer flammas, partoſque labores.
Tu quoque natalis iuſtiſſima gloria terræ
Quem fratrem IOSEPH, OCTAVIVS eſſe nepotem
Gaudet, & emeritum feſtiua Nouaria ciuem
ANTONI FRANCISCE, ter ò ter maximus Heros
Nunc age, ſepoſitis clypeo paulisper, & haſta
Dulciſonas aſſume lyras, doctèque canendo
Argutis digitis, & eburno verbere pulſa.
Belgradi pugnam, pugnæque exordia canta.
O age poſtremos iuuat abs te audire triumphos,
Mox partos mucrone tuo, domitumque ſuperbum
Taurunum (propria ceu dicunt voce Latini)
Dic precor, vt ſubita perculſus voce, tubaque
Sternere cæde hoſtes, & mœnia perdere flammis,
Obſeſſamque diù totis iam viribus vrbem
Expugnare; altas, & vi confringere portas,
Spumigero tu vectus equo, gladioque ſeuerus
Impiger, audaces iuuenis bacchatus in hoſtes
Flammas ore vomens, velut irritatus Achilles
Vlturus Patrocli mortem, Vulcania matris
Arma ſuæ Tethidis, Troianis cinctus in oris
Arſit: ſeu cum Threijcio bellaret in enſe
Mars, atque in Rhodopes ferueret ſtrenuus aruis.
Heroem Bauarum dic nobis quando ſecutus
Vrbis in aſcenſu primùm tibi ſola negarunt,
Ingreſſum proprio proſtrata cadauera pulſu.
Dic Belgradenſi ſaturatum ſanguine ferrum,
Innumeroſque tuum, ſocioſque, hoſteſque ſtupentes
Inuictum pectus; quod ſcilicet inclite dextra
Vnus homo tanta, vaſtares corpora cæde:
Ignaros, quod nempè tibi mox militet æther;
Et Nazarigenas ſimili de nomine dictos,

Cæle-

Cœleſtes Fratres (queis maxima cura ſuorum)
Propitios adſtaſſe tibi, proauumque trophæa
Inſpiraſſe animos; ſanctumque accendere Martem
Emeritæ ſoboli, neu degener abnuat ætas;
Hæredumque parem patribus feruere cruorem.
Hæc FRANCISCE refer, quorum nos præpete penna
Præcox fama monet: tenſiſque ad ſydera palmis
Oramus maiora tuæ præconia laudis
Dicantur: quod nempè tuæ victoria dextræ
Pannonibus domitis, immanes intret in vrbes,
Quæque tenent ponti (Byzanthia littora) fauces
Longinquum Anchialonque, Heracleamque, Perintumque,
Abderamque, Maroneamque, & Olynthon, & Enon,
Callipolimque, & quæ ſociant freta Sexton, Abido
Neu Mahometigenæ poſthac ſeruire catenâ,
Sectari, at placidi LEOPOLDI ſceptra ſciamus.
Carmine digna tuo nunc ò FRANCISCE venarra,
Hactenus obtenti miranda exordia honoris,
Quemque eadem vario genuerunt viſcera partu
IOSEPH atque hilares veſtras modò dicite palmas.
Sed quò cæcus agor? Vel quò temerarius auſu
Deferor? Innocuo formoſa modeſtia vultu
Hos prohibet: meritas verecunda ſilentia laudes
Augebunt; tacito maiorque erumpet ab ore
Gloria. Muſa tace: tibi ſat reuerentia muta.
Sedibus è ſuperis, vna cum Fratre CAMILLVM,
A vobis ſit geſta, ſatis vidiſſe; ſacraſque
Aligerum cytharas veſtris reſonaſſe triumphis.

CATA-

CATALOGO DE' SANTI,

I Corpi, ò Reliquie de' quali ſi ritrouano nella deuotiſſima Chieſa di S. Afra detta già di S. Fauſtino ad Sanguinem, Chieſa antichiſſima della Città di Breſcia.

Al preſente dalli RR. Canonici Regolari Lateranenſi poſſeduta, & officiata, quale l'anno 1580. fù gettata à terra, e nello ſpacio di dieci, ò poco più anni riedificata, e ridotta alla perfettione, e ſplendore, in che hora ſi ritroua.

NOn è di ricchezze terrene molto douitioſa, mà di ſangue, e corpi de' Santi Martiri è vn ricchiſſimo teſoro. E doppia queſta Chieſa. Nell'inferiore con ogni diuotione in tutti i tempi dell'anno s'amminiſtrano i Sacramenti; Superiore, nella quale è à merauiglia vaga la parola ſanta di Dio, e di giorno, e notte ſe li celebrano i Diuini Vfficij. Queſta di noue Altari è ornata; ogni Altare è ricco, e riſplendente, e per la Tauola di valentiſſimo Pittore, e per la Pietra di cui è fabricato, e per le Sante Reliquie, che in sè tien rinchiuſe. Riſerra, e naſconde in sè l'Altar Maggiore i corpi intieri, come ſi hà per inſtromento autentico, de' SS. Fauſtino, e Giouita fratelli Martiri della Città Protettori, & il corpo di S. Fauſtino Veſcouo.

L'Altare alla parte del Vangelo, che hora ſi fabrica, ſarà nobiliſſimo Reliquiario dedicato a' Santi più Martiri. L'intitolato la Maddalena in sè contiene l'infraſcritte autentiche Reliquie Angelini, Alberti, Dominici, Angeli, Camilli, Roberti, Euſebij.

Il dedicato à S. Afra hà dentro il ſuo intiero corpo. Quello del Padre S. Agoſtino, il corpo di S. Felice Veſcouo.

L'Altare alla parte dell'Epiſtola è priuilegiato, dedicato à S. Latino, perche in sè hà il corpo intiero del medeſimo Santo Veſcouo.

L'in-

L'intitolato l'Aſſontione della Madonna è ricco di queſte Reliquie, Conſtantij, Cæſarij, Corradi, Barnabouis, Aimeri, Baltaſſaris, Calocceri, Bonſantis.

Nell'Altare di S. Apollonio, Valeriani, Valentini, Saprutij, Haimonis, Bonacurſi, Bernardini, Iacobini, & carbones SS. Fauſtini, & Iouitæ.

In quello di S. Eliſabetta, Ioſaphat, Cæleſtini, Maximi, Stephani, Angelini, Orieldæ, Paulini, Gentilis, Maximi, Beniamini.

Nell'Altare Maggiore della ſotto Chieſa, Caloceri, Martialis, Seuerini.

Alla parte del Vangelo nell'iſteſſo Choro vi è dopoſitato il corpo intiero della Madre Angela Inſtitutrice delle Vergini, che rinonciano il Mondo, e dall'iſteſſa parte vi ſono le carceri, oue ſtauano carcerati i Martiri, che in vn giorno ſolo furono martirizati 3290.

Alla parte dell'Epiſtola nell'Altare dedicato alla Vergine vi ſono Iulij, Verzeri, Vgozonis, Corradi, Duchi, Peregrini, Sigiſmundi, Emiliani, Siluani, Euſtachij, Franceſchini, Ottonis, Alexandri, Aluenti, Enrici.

Nel mezzo dell'iſteſſa ſotterranea Chieſa vi è l'Altare ſopra il glorioſo Pozzo continente trà tanti centinaia di Martiri quì ſottoſcritti, e ne ripoſano anco per tutta la Chieſa.

S. Bonifacio Martire, S. Emiliano Martire, S. Siluano Martire di Scalieri Romani.

S. Aimo Martire con le ſue ceneri, e carboni, con li quali il ſuo corpo fù bruciato, S Bonacorſo Martire, S. Bernardino Martire, S. Bernabò Martire, S. Aimero Martire, S. Prodocimo Martire di Mazzi.

S. Calocero Martire, S. Bonfante Martire, S. Maſſimo Martire di Mazacagniti hora dell'Vgoni.

✠ S. Valeriano Mart., S. Valentino Martire di Bruſati.

S. Celſo Martire, S. Ceſare Martire di Martelenghi.

S. Ma-

S. Marino Martire, S. Stefano Martire di Marini.
S. Felice Martire, S. Gedeon Martire di Lauel Longo.
S. Conſtanzo Martire, S. Giulio Martire di Alta foglia.
S. Ottone Martire, S. Aleſſandro Martire di Calini.
S. Aluento Martire, S. Enrico Martire d'Aluenti di Colognia d'Alemagna.
S. Euſtachio Mart. di Chizzoli.
S. Corrado Martire, S Ducho Martire, S. Pelegrino Martire, S. Vgozone Mart. tutti quattro fratelli di Duchi.
S. Angelino Martire, S. Orielda Martire, S. Gentile Martire, S. Paulino Martire, marito, moglie, duoi figliuoli di Barignani.
S. Fauſtino Martire, S. Giouita Martire, S. Iacobino Martire d'Olfredi.
S. Barufaldo di Mori d'Iſorella.
S. Sapritio Martire di Gratacaſoli, il qual translatò S. Calocero, e gli altri sopradetti.
S. Coſtantio Martire di Coſtanza d'Alemagna.
S. Giouanni Martire di Milij.
S. Corrado Mart. di Bornati.
S. Baldaſſar Martire di Boni.
S. Beniamin Mart. di Biãzani.
S. Leonardo Mart. di Grilſi.
S Giuſtiniano Martire di Rauieri.
S. Franceſchino Martire di Peſchieri.
S. Oliua Martire di Aldigeri.
S. Samaritana Martire, ancella di S. Afra.
S. Degnamerita di Lauel Lõgo con duoi figliuoli Mart.
Vi ſono molti altri Sãti Martiri, il nome de' quali non ſi sà, per eſſere foraſtieri, e ſono ſepolti auanti l'Arca di S. Calocero, e compagni.
Queſti altri Santi Martiri quì di ſotto furono dagl' infedeli, & idolatri Breſciani in vno conflitto martirizati, e morti, e la cauſa fù, perche eſſi arditamente, e ſenza timore alcuno confeſſauano, e difendeuano la vera, e ſanta Fede di Chriſto, e ſono ſepolti nell'Oratorio auanti l'Arca di S. Calocecero, e compagni, e ſono in numero 184.
S. Giorgio di Calcinado.
S. Nazario di Confalonieri.
S. Fedreghino di Bornati.
S. Fauſtino da Cremona.

S. Pao-

S. Paolo d'Aluenti.
S. Mattia Scaraffo.
S. Gianino di Medici.
S. Orlando da Sali.
S. Innocentio d'Aſte.
S. Nicolino da Prouezi.
S. Franceſco di Vachi.
S. Bertazolo da Naui.
S. Venturino Biſticho.
S. Nicolao d'Anſelmi.
S. Architiclino di Geroldi.
S. Honofrio di Daſſini.
S. Ottauiano Montanino.
S. Bertolino di Ader.
S. Chriſtoforo da Ronco.
S. Azimo Raineri.
S. Venturino di Lanzoni.
S. Breſano da Rebuſco.
S. Pezzino di Bonuiſi.
S. Ottobono da Parma.
S. Alberto da Ciuili.
S. Antonio di Gratacaſoli.
S. Franceſchino di Maluezzi.
S. Lanfranco di Paitoni.
S. Iacomino di Pilati.
S. Pietro di Vgeri.
S. Bonacorſo di Compoſti.
S. Giouannino d'Iſorella.
S. Venturino di Soraghi.
S. Gaetano di Gaetani.
S. Benedetto di Rocchi.
S. Nicolino di Mazzoli.
S. Chriſtoforo di Baietti.
S. Comino da Mazzono.

S. Comino di S. Geruaſio.
S. Oliuero da Bornado.
S. Virgilio di Bornati.
S. Tonino da Brezzo.
S. Moreſco di Arigoni.
S. Trama, e Beata di Palazzo.
S. Mantenuto da Homi.
S. Vincilao da Perſinis.
S. Tomaſo di Piluſelli.
S. Orieldo d'Arigoni.
S. Pizzino di Mazzi.
S. Pietro di Roſſi.
S. Euſtachio d'Vgozoni.
S. Fetolino di Bechetti.
S. Traiano Piega Boſco.
S. Giracondo Aueroldo.
S. Ottebono da Calino.
S. Viſcardo da Terzo.
S. Millino di Milij.
S. Saitabeno di Zafalij.
S. Giraldo Pontolio.
S. Sanſon di Porcelaghi.
S. Nicolino di Valſanna.
S. Fauſtino da Lograd o.
SS. Boncaino, e Martereo da Poncaral.
SS. Giouanni, Ariſtotile, e Sidon da Cazzago.
S. Bertazolo Golto.
S. Lodouico di Coizini.
S. Oliuero di Fraſcati.
S. Aliprando di Azani.
✠ S. Ceruſco di Baliotti.
S. Giuliano di Moreſchi.

S.Gio-

S. Giouanni di Gorlagò.
S. Laurentio di Boni.
S. Barnaba da Rouiado.
S. Tenchetto d'Aſola.
✠ SS. Giulio, e Camillo di Nazari.
S. Ottobono di Baiueri, auo.
SS. Sauino, e Cipriano.
S. Cignolo di Val Renouata.
S. Fedrico Cucco.
S. Melcior da Paitò.
S. Comino di Bonetti.
SS. Angelino, & Hieronimo di Senni.
S. Fipardo di Patengoli.
S. Giouanni di Borgini.
S. Euzachino d'Alta foglia.
SS. Paſino, & Aloiſio di Rodenghi.
S. Fracaſſo da Gambara.
S. Giuliano Prete da Caſtello.
S. Gioſeffo de Boſi.
S. Aleſſandro da Iorzi.
S. Pedretto da Scancio.
S. Nicolino di Gauateri.
S. Gieronimo del Caſtel di Couadi.
S. Petronio da Bologna.
S. Aſcanio da Trenzano.
S. Andrea di Boni.
S. Benuenuto di Calza Aueglij.
S. Gotardino da Cazzago.
✠ S. Achille d'Auogadri.

S. Agenor Mantouano.
S. Lucio d'Auoltori.
S. Giouanni di Tauerij.
✠ S. Tebaldo di Bruſati.
S. Bontempo di Tiberij.
S. Vgero de Vigari.
S. Alberto di Aliotti.
S. Nicolao de Pedrocchi.
S. Tonino d'Allegri.
S. Alfonſo di Marizi.
S. Beneuenuto da Soldo.
S. Chriſtoforo di Guaineri.
S. Rizardo di Malſperone.
S. Lafrico Calzauacca da Cremona.
S. Giouanni di Panzaldij.
S. Ludouico Binetta.
S. Cinale di Cinaie.
S. Arnoldo de Comendino.
S. Verzina di Freſſati.
S. Zanolino di Seriati.
S. Amadeo Aſiato.
S. Marcolino Picinelli.
S. Marcolino Capirola.
S. Antonio di S. Miniato d'Hoſtiano.
S. Lantero di Pizzamelij.
S. Melchior di Duranti da Palazzolo.
S. Carlo di Baroni.
S. Filippo di Roſſi.
S. Leandro da Cigoli.
S. Giouanni da Bulgaro.
S. Pietro Paolo da Piano.

S. Bo-

S. Belaſio di Belaſi.
S. Azino di Adobati.
S Santolino di Seiani.
S. Vgero dalle Meſſane.
S. Tonino d'Offlaga.
S. Africano delli Bardelli.
S. Pieiro di Belaſi.
S. Aliotto di Corteſi.
S. Pietro di Lotti.
S. Aleſſandro di Erouagli della Cauriano.
S. Alouiſio di Prandoni.
S. Ricarbono da Paitono.
S. Giouanni di Ruberti.
S. Filippino di Lodi.
SS. Bertazino, e Bonomo da Lodi.
S. Bontempo da Pilazono.
S. Rizardino Cataneo da Salò.
S. Zerbino da Scaluo.
S. Fachinetto di Codoſer da Bagno.
S. Amidano di Amidei.
S. Marchio Diſamedei.
S. Pizzino di Sarnego.
S. Paolo da Vſtiano.
S. Giouanni di Caleagni.
S. Tonino di Forti.
S. Filippo Migniano.
S. Fedrico da Sali.
S. Tulio di Malandi.
S. Pezzollo di Gniocchi.
S. Iacomino di Chizzoli.
S. Antonio Milaneſe.
S. Luchino di Brandoni.
S. Giouita di Buſchi.
S. Folco di Mazzi.
S. Honofrio Maluezzo da Bologna.
S. Giorgio di Prandoni.
S. Contino di Sacchetti.
S. Nicolao di Ferardi.
S. Guglielmo di Pregnacchi Priore di S. Pietro, S. Marzolino.
S. Angelo di Mazzi.
S. Geronimo di Pedocchi.
S. Fenarolo de' Fenaroli da Tauernola Bergamaſco.
S. Tadeo detto Strigetto della Torre.
S. Baptiſta di Ceni.
S. Emanuello di Cõfalonieri.
S. Vgozone Conte.
S. Angelo de Mezoli.
S. Alberto di Faiti da Trenzano.
S. Domenico di Bargniani.
S. Angelo de Prouagli de Cauriana.
S. Camillo de Grilli.
SS. Ruberto, & Euſebio de Pezzi.
S. Orſandi de Chizzoli.

Digitized by Google

Digitized by Google